Sielieczky donat sortem alio

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus premisliensibus nobilis Iwan Sielieczky in villa Sielicze sortis sue heres recedens a iure suo terrestri foroque quovis competenti et sub iurisdictione castrensi premisliensi quoad iuramentum effectumque presentis inscriptionis incorporatum et subiectum sanus mente et corpore existens presentem palam et per expressum ruit quia bona sua hereditaria, videlicet totam et integram terciam partem hereditatis sortis sue in villa Sielicze excepta una argula agri cum omni iure dominio et proprietate cum omnibus per eiusdem sortis pertinentiis attinentia fructibus proventibus obvencionibus prout solus tenuit habuit et possidebat ita late longe et circumferenciale nobili Mistro Sielieczky filio suo legitimo dedit donavit perpetue et in eum, presentibusque dat donat dono perpetuo et irrevocabili iamque ex nunc in dicta sorte ipse Sielicko dedit et dat realem in tradicionem cum actuali pacifica possessione per nullam terram premisliensem quemcumque. Tum etiam ipse Iwan inscribit se et suos successores prefato Mistro filio suo super omnibus bonis suis eiusdem et ipsius successores in dictis bonis donatis ab omnibus dominis et impedimentis tam iuridicis quam extra iuridicis tum et ab omnibus inscriptionibus prioribus et posterioribus in quemcumque sensum factis et factis et faciendis tueri defendere evincere et eliberare, bonaque ipsa donata pacificare ac mundare et libera facere sub dictis terribus ad sum plicis verbi assertionem sive iuramento corporali taxatis. Adiungit inscribit et obligat se ipse Iwan partem inscriptionis castrensis premisliensis ex his actis castrensibus ad acta terrestria premisliensia pro premissis vel sedis terminis terribus premisliensibus transferre et transportare sub damnis terribus ad simplicem verbi assertionem taxatis. Pro quibus dictis terribus se se prefatus Iwan ad iudicium terrestre vel castrensem cum successoribus suis citare permiserit vel successores permiserit. Ex tunc respondeo a foro quovis competenti in primo citationis termino tamquam peremptorio stare parere respondere ac per ipsos dominos a iudicio non recedendo satisfacere tabitur ipsum premium terminum nullis modis viis collorabus dilationibus quotquot sunt de iure dari solitis tamen etiam evasionibus prescriptionibus vera vel simplici infirmitatibus non differendo nec prolongando immo se abrenunciando mocionibus appellationibus earumque prosequutionibus, nec pena terminum vel triplici terminum ipsa vadia non evadendo neque etiam ad quietationem

sibi recipiendo, immo quidquid sibi in auxilium receperit eo toto causam suam perdere et amittere debet. Quibus dictis solutis utique presentibus inscriptionibus et omnibus in ea contentis satisfacere tribuitur et tribuuntur, totiens quotiens opus fuerit nulla prescriptione terrestri in premissis obstante. Super quod mihi solutum est officio presenti

Kruselnicky transfundit ius

Super poponem de Dolhe

Nobilis Havrilo Kruselnicky alias Podhorodeczky coram officio et actis presentibus castrensibus premisliensibus stans personaliter recedens a iure suo quovis terrestri foroque competenti et sub hinc presenti iurisdictione castrensi premisliensi quoad actum effectumque presentis inscriptionis incorporatum et subiectum sanus mente et corpore existens palam presentem ruit quia de omni iure suo et inscriptione terrestri premisliensi sibi per nobilem Iwan Kruselnicky super summam quadraginta sex pecunie monete polonicalis in et super bonis ville Wenniki sorte ipsius Iwan actis terrestribus premisliensibus inscriptis alias nunc inscriptionem prefatam terrestrem premisliensem, religioso Petro pop de villa Dolhe et eius successoribus cedit et condescendit perpetue, in eumque Petrum et eius successores omne ius suum prefatum quod cumque eiusdem in bonis predictis ex vi inscriptionis prefate spectat et concernit plenarie ac totaliter transfundit incorporat et inviscerat cum omni iure dominio et proprietate nihil iuris dominii et proprietatis in eisdem bonis pro se et suis successoribus reservando seu excipiendo sed totum et integrum ius suum prefatum in eiusdem Petrum pop et eius successores transfundendo cum omnibus, et singulis gratis punctis clausulis articulis conditionibus in tradicione tradicionis in ipsa inscriptione descriptis per ipsum Petrum pop et eius successores bona prefata in summa eadem tenendo habendo utifruendo ad ususque beneplacitos convertendo iamque ex nunc eidem Petro prefatus Iwan Kruselnicky dat et dedit realem in tradicionem cum actuali et pacifica possessione in dicta bona transfusa per nullam terram premisliensem ex officio iam ex nunc addita. Preterea etiam idem Iwan Havrilo Kruselnicky inscribit et obligat se eidem Petro pop eiusdem inscriptionis castrensis premisliensis ex his actis castrensibus ad acta terrestria premisliensia pro premissis vel sedis terminis terribus premisliensibus transferre et transportare solemque recognitionem facere sub vadio sibi quadraginta sex florenorum pecunie, pro quo vadio fisse ipse Havrilo ad iudicium terrestre vel castrensem citare permiserit. Ex tunc omissa quavis iurisdictione in primo citationis termino tamquam peremptorio stare parere respondere ac per ipso vadio a iudicio non recedendo satisfacere

Kruselnicky obligat eidem Petro

Muenkicky getat Tarlo